

ejusvè hæredem fraudulentum. 4. actio *vi bonorum raptorum*, qua in quadruplum agitur, sed in eo rei persecutio continetur, ita ut poena sit tripli.

20 3. Quædam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam. Talis est. 1. Actio *familie heriscundæ*, quæ competit cohæredibus pro dividenda hereditate. 2. Actio *communis divojuando*, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut dividatur. 3. Actio *finium regendorum*, qua inter eos agitur, qui confines agros habent: in quibus tribus judicijs permittitur judici ex bono, & æquo rem alicui ex litigatoribus adjudicare, & si unius pars prægravari videtur, cum invicem certa pecunia alteri condemnare. §. 20. *Inst. de Action.* 4. Aliæ actiones sunt *bonæ fidei*, aliæ *stricti juris*, aliæ *arbitrariæ*. 1. bonæ fidei actiones, ita dictæ quasi latæ interpretationis, sunt illæ, in quibus iudici permittitur ex bono, & æquo judicare, etiam de rebus, de quibus inter partes conventum non est. Et quia in eis æquitas exuberare debet, actiones bonæ fidei nuncupantur. Tales sunt actiones exempto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familie heriscundæ, communi dividendo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, hereditatis petitio, & actio ex stipulatu pro exactioe dotis. §. 28. *Inst. de Action.* *Stricti juris* actiones, quasi strictæ interpretationis dictæ, sunt illæ, in quibus iudex solum ex præscripto formulæ, atque conventionis iudicat, nulla æquitatis habita ratione: Tales sunt certi conditiones ex omnibus ferè causis, & actiones ex stipulatu, mutuo, & arbitrio, & reliquæ, quæ inter actiones bonæ fidei non inveniuntur. *Arbitrariæ* sunt ille in quibus arbitrium iudicis præcedit condemnationem, ut sunt Publiciana, Serviana, quasi Serviana seu Hypothecaria, quod metus causa, de dolo, quod certo loco, & ad exhibendum: In his enim actionibus, & alijs similibus permittitur iudici ex bono, & æquosecundum cuiusque rei, de qua agitur, naturam, æstimare quemadmodum actori satisfieri oporteat. 5. Aliæ actiones sunt *perpetuæ*, aliæ *temporales*: *Perpetuæ* sunt illæ, quæ sine aliqua temporis taxatione olim proponi poterant, quousque certos limites constitutiones eis impolue-

runt. *Temporales* sunt illæ, quæ ad determinatum tantum tempus durant ex juris dispositione, quales erant olim Prætoriar, quæ uno tantum anno, sicut officium Prætoris durabant: & hodie est actio *reddibitoria*, quæ sex mensibus præscribitur, & alia.

21 6. Aliæ actiones sunt *transitoria ad hæredes*, aliæ *non transitoria*. *Transitoria ad hæredes* sunt illæ, quæ post mortem actoris, vel rei adhuc durant, & in eorum hæredes transiunt. Tales sunt actiones, quæ fluunt ex dominio, actiones in rem, quæ transiunt ad hæredes actoris: secus ad hæredes rei, nisi ad ipsos transeat res. Item actiones, quæ ex contractu, vel quasi contractu oriuntur, quæ quidem dantur hæredibus actoris, vel creditoris, & contra hæredes rei, vel debitoris. *L. 152. l. 157. ff. de Reg. jur.* Actiones verò, quæ ex delicto nascuntur, quando criminaliter agitur ad vindictam, seu poenam publicam defuncto eo, qui reus criminis fuit, extinguuntur, sicut morte ipsa extinguuntur crimina. *L. 6. ff. de Public. iudic.* ac proinde non transiunt ad accusatoris, nec rei hæredes. Nam reo defuncto ulterius non progreditur. Actiones, quæ ex delicto descendunt, & simul poenales sunt, non transiunt contra hæredes rei. Nam ut ait *Justinian.* in §. 1. *Inst. de Perpet. & tempor. action.* *Est enim certissima juris regula, ex maleficijs poenales actiones in hæredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni, injuriæ: Sed hæredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando tamen ex contractu actio contra hæredem non competit, veluti cum testator dolose versatus sit, & ad hæredem ejus nihil ex ea dolo pervenit. Poenales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestate, & hæredibus dantur, & contra hæredes transiunt: Si ad delinquentis hæredes aliquid pervenisset, contra ipsos transit actio in quantum ad ipsos pervenit. *L. 44. ff. de Reg. jur.* Jure Canonico actio orta ex delicto, quatenus est rei persecutoria, cum supponat verum debitum defuncti, & æs alienum, ad quod solvendum hæredes tenentur, ad ipsos transit, etiam si lis cum defuncto non sit contestata. *C. 5. de Raptor. C. fin. de Sepultur.* 7. Aliæ actio est *directa*, aliæ *contraria*. *Directa* est, quæ com-*

TIT. II.

De Foro competente.

competit ei, ad quem res pertinet, *Contraria*, quæ alteri competit, v. gr. actio directa depositi competit deponenti ad repetendum depositum, & accelliones ejus. Actio contraria depositi competit ei, penes quem res deposita est ad petendum impensas, &c. 8. Aliæ est *directa*, aliæ *utilis*, *Directa* in hoc sensu est, quæ directè oritur ex verbis Legis. *Utilis*, quæ ex mente, & interpretatione Legis oritur. 9. Actio *infantum* est illa, quæ neque ex verbis, neque ex mente Legis oritur, sed per ulteriorem interpretationem est introducta ex æquitate: libellus siquis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit, ut fugeret. §. *fin. Inst. de Lege Aquil.* Dicitur hæc actio infantum, quia actor simpliciter narrat factum, & deficit nomen actionis, vel contractus, & petit, reum, æquitate exigente, condemnari. 10. Actio *præscriptis verbis* est illa, quæ quis petit, reum condemnari secundum verba præscripta in libello, in quo actor rem gestam simplici relatione verborum describit, oriturque ex contractibus innominatis. Satisque de actionibus dictum videtur, cum latiore earum explicationem prosequi, nec nostri sit instituti, nec brevi, possit spatio concludi ob materiæ ambages, & implexas difficultates: nam certè: *Hic labor ille domus hic inextricabilis error.* Sed cum nostrum Jus Canonicum non amet nimias subtilitates, non est necessarium in nostro Jure nomen actionis in libello apponere, sed sufficit simplex factum narrare. *C. 6. b. t.* Et idem accidit de Jure Hispano. *L. 40. tit. 2. p. 3. l. fin. tit. 2. lib. 4. R. C.* quod si forte actor ineptam actionem intentavit, potest eam emendare, vel mutare, durante iudicio, vel postea. *C. 15. b. t. ibi: Undè intentionem tuam in hac parte pronuntiaximus, non tenere, absolutos eosdem milites ab eadem: ita tamen, quod si congruentem, & aptam intentare volueris actionem, responde re tibi nihilominus teneantur.* Pro pleniori tamen actionum intelligentia consule Civilistas, & Infortunios, præcipuè D. D. Anton. Pichard. in *lib. 4. Inst.* qui latissimè de eis agit. Et si velis eas ad praxim reducere, vide *Fundisalvum Suar. de Paz in Prax. tom. 5.* ubi sermone Hispano habet libellos formatos singulis actionibus correspondentes.

22 **F**orum propriè dicitur locus ubi aundina fiunt, *Hispanè: Plaza, & Mercado*, sic à *serendo dictum*, quia illuc feruntur, quæ vendenda sunt, teste *Nebrißensi*, V. Forum. Et quia in illo loco Gentiles jus dicebant, *forus*, vel *forūm* nunc vocatur ille locus, seu Tribunal ubicumque sit, ubi jus dicitur. *L. 9. §. 4. ff. de Panis*, aliter hoc intelligit D. Iidorus in *C. 10. de V. S.* ubi sic ait: *Forus est exarrendarum litium locus à fando dictus, sicut Pboronco Rege, qui primus Græcis Legem dedit.* Etiam dicitur Tribunal, *Audientia, & Consistorium.* Etiam forum sumitur pro jurisdictione, seu potestate publica cognoscendi de re controversa. Et hinc causæ forenses dicuntur, quæ in foro disceptantur. Forum ergo sumptum pro loco iudicij exercendi est duplex, aliud *competens*, *incompetens* aliud, *Competens* est illud, in quo reus conveniri potest, & debet: & hoc dicitur *simpliciter competens*: nam est & aliud, quod licet incompetentis sit, potest consensu partium iudicij inibi iudicari jurisdictione prorogari. Tale est forum Ecclesiasticum respectu Laicorum. *C. 18. b. t.* *Incompetens* est illud, in quo nec debet, nec potest reus conveniri: & si jurisdictione talis iudicij nec consensu partium possit prorogari, dicitur simpliciter *incompetens*, & iudex ibi iudicans *incapax habetur*. Talis est Laicus respectu causarum spiritualium. *C. 18. b. t.* Et sententia ab eo lata est ipso jure nulla. *C. 4. de iudic. l. 2. l. fin. C. si à non compet.* contra quam etiam post tres sententias nullitas potest opponi. Si tamen sententia lata sit à iudice incompetente, cuius jurisdictione à partibus potest prorogari, & hoc ab ipsis sciat, & non opponatur exceptio fori declinatoria, valet, & sustinetur sententia: secus est, si ignoraverint talis iudicij incompetentiam: nam tunc non censetur in prorogationem consentire; *arg. l. 15. ff. de Jurisdic.* Rursus forum dividitur in *Saculare, & Ecclesiasticum*, sicut de iudicio jam diximus: Ecclesiasticum aliud est *externum, internum aliud. Externum*, quod forum fori appellatur, est illud, in quo secundum allegata, & probata iudex procedit. Et quidem aliquando dicitur *contentiosum*, estque illud, in quo exercetur iurif-

jurisdictio contentiosa, in invitos, scilicet, & renuentes. Aliquando vero *voluntarium*, estque illud, in quo jurisdictio voluntaria, scilicet in volentes tantum exercetur: forum *internum*, quod *forum poli*, seu *conscientia* dicitur, est illud, in quo secundum conscientiam propriam quis solvitur, & ligatur: quod si hoc fiat in administratione Sacramenti poenitentiae, dicitur *forum sacramentale*, seu *poenitentiale*: & sic absolvitur quis a peccatis. Quod si extra Sacramentum poenitentiae quis solvatur, dicitur solvi absolute in foro conscientiae, vel interno. Sic potest quis absolvi a Censuris, vel dispensari in voto pro foro interno, etiam extra Sacramentum poenitentiae.

23 Quando litigantes sunt diversi fori; v. gr. Clericus; & Laicus, regulariter actor sequitur forum rei. C. 15. 11. q. 1. c. 5. e. 8. b. t. L. 5. C. de *Jurisdict.* l. 32. tit. 2. p. 3. nisi consuetudo contraria vigeat, vel aliquod privilegium obtinet. Sic Clericus actor debet agere contra Laicum reum in foro Seculari. Salmanticae tamen viget consuetudo, quod Judex Ecclesiasticus cognoscat adversus Laicos, etiam quando hi sunt rei, ad petitionem Clericorum. *Pax in Prax. tom. 2. pralud. 2. n. 20.* Si actor possit reum coram diversis iudicibus convenire, ut saepe accidit, in electione actoris est adire Judicem, quem maluerit. *L. fin. C. de Jurisdict.* *Pax in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 1. n. 77.* Reus citatus ad competentem Judicem, coram ipso comparere tenetur; secus si ad incompetentem citetur. *L. 53. §. 3. ff. de Re Judic. leg. 32. tit. 2. p. 3.* Si dubitat de Judicis competentia, comparere similiter tenetur: quia *Prætoris est estimare, an sua sit jurisdictio: vocati autem non convenire auctoritatem Prætoris.* *L. 5. ff. de Judic.* quod intelligitur, quando nullum commodum Judici resultat: secus est, si resultat: nam tunc ipse non judicabit de sua jurisdictione: potest tamen reus, qui de competentia Judicis dubitat, opponere exceptionem incompetentiae, seu fori declinatoriam: & quidem eam statim in litis exordio apponet: nam si aliquem actum judiciale faciat, videbitur in Judicem consensisse, nec postea audietur, nisi juret, postea ei innotuisse Judicis incompetentiam, vel si Judex eum impediverit, vel si sit incapax: nam tunc prorogari non potest.

24 Judex extra suum territorium, hoc est, locum, ad quem est limitata sua jurisdictione, non potest jurisdictionem con-

tentiosam; v. gr. citando reum, etiam in suos subditos exercere: sive ipse cum illis extra territorium sit, sive illi solum: *Cum extra territorium jus dicenti non pareatur impune.* C. 2. de *Constit.* in 6. L. fin. ff. de *Jurisdict.* l. 53. C. de *Decurion.* lib. 10. ibi: *Duum virum impune non liceat extollere potestatem fascium extra metas territorij propria Civitatis.* Potest tamen Judex extra territorium suum exercere jurisdictionem voluntariam; v. gr. conferre beneficia, absolvere poenitentes, dispensare in votis, legitimare spurios, aliter matrimonium sui Parochiani, & alia hujusmodi. Imò & jurisdictionem contentiosam exercere valet, si non requiritur causa cognitio judicialis, neque partium contentio sit necessaria; v. gr. Si Princeps extra territorium faciat statutum. Quod quidem maximè procedit in causis notorijs ubi non est necessaria causa cognitio. C. 9. de *Accusat.* quin nec citatio. C. 5. §. 2. de *Appellat.* Si verò subditi consentiant saltem tacite, id est, si non contradicant, & detur consensus Judicis, in cujus territorio existunt, potest Judex ipsum, in eos jurisdictionem contentiosam exercere, etiam cum causa cognitione. C. 3. e. 7. q. 2. *Sanch. de Matrim. lib. 3. D. 19. n. 8. plures citans.* Quippe tunc nec litigantes trahuntur in viti extra suum territorium, nec Judici illius territorij irrogatur injuria: siquidem omnes in usum, & exercitium talis jurisdictionis consentiunt. Episcopi à suis Sedibus expulsi in alijs Dioccesibus jurisdictionem contentiosam valent exercere, non solum contra suos expulsores, Consiliarios, & fautores eorum, sed etiam inter suos subditos jus dicere valent: dummodò per se, vel per alium, hoc in suis Dioccesibus facere non audeant, vel non possint; ita tamen, quod subditi, qui expulsores, vel eorum fautores, aut Consiliarij non fuerint, ultra duas diastas à fine suae Diocesis non trahantur: debent tamen Episcopi expulsi petere licentiam ab Episcopo illius Diocesis, quam si obtinere nequiverint procedere nihilominus debent. C. un. b. t. in 6. *Lpcus exemptus*, extra territorium esse censetur, ac proinde Episcopus, licet in quolibet loco suae Diocesis possit per se, vel per alium pro Tribunali sedere, ab hoc excipitur locus exemptus. C. 7. de *Offic. Ordin.* in 6. Judex extra territorium existens bene potest per alium (quem, dum adhuc esset in suo territorio delegatum constituit) exercere in suos subditos jurisdictionem contentiosam.

sam: dummodò ille delegatus intra territorium existat. Si tamen extra territorium constitutus Judex vellet, etiam in suo territorio constituere delegatum, consensus tamen subditorum esset necessarius cum Judici; extra territorium jus dicenti, non pareatur impune. C. 2. de *Constit.* in 6. Nec Judex in suo territorio existens potest citare suos subditos extra illud existentes, nec citatione verbali, & simplici, quae fit per nuntium, aut apparitorem, nec citatione reali, quae fit per capturam. C. 2. de *Re Judic.* l. 3. ff. de *Offic. Praesid.* nisi talis subditus sit adstrictus obedientia perpetua, & personali, & aufugijs; ut Religiosus à Monasterio, uxor à marito, servus à Domino. L. 1. C. *Uoi quis, de Curial.* Et sententiam, quam in absentia, eo quod citati non compareant, valide Judices pronuntiant, *L. fin. C. Quomod. & quom.* non possunt exequi in persona, vel rebus eorum, quae extra territorium existunt, nisi consensus Judicis, in cujus territorio sunt accedat. C. 14. b. t. qui impioratus per litteras requisitorias prompte debet suum auxilium praebere, cum una jurisdictione ab alia adjuvanda sit. C. 1. §. 3. b. t. in 6.

25 Licet Supremus Judex, qualis est Rex, vel Respublica non recognoscens Superiorem, possit in sua causa judicare inter se, & suos subditos. C. 12. de *Judic.* nam hoc exigit plenitudo potestatis, ob quam non potest cogi stare alterius iudicio. *Gloss. in C. 12. b. t. v. Juatari.* *Barbos. ibid. n. fin.* Tamen Judex inferior nequit in sua causa Judex esse. C. 27. 23. q. 4. ibi: *Unde de cetero omninò esto circumspectus, atque sollicitus, & talia cuiquam pro defensione propria injuria tua inferre demò non praesumas: nam si tale aliquid feceris, in te scias postea vindicandum.* *L. un. C. Ne quis in sua cau.* ibi: *Generali Lege decernimus, neminem sibi esse Judicem, vel jus sibi adicere debere: in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiae.* *L. 10. tit. 4. p. 3.* ibi: *E por ende decimos, que ningun Juagador non puede debe oir, ni librar pleyto sibi e cosa suya, d que à el pertenezca, porque non debe un oms tener logar de dos, asii como de Juz.* è demandador. Judex ergo in tali casu esset omninò incompetens, nec ejus sententia valeret, quamvis non recularetur à parte; imò nec possit jus in sua causa dicere adhuc de partium consensu; ut notat *Gregor. Lop. in d. l. 10. tit. 4. p. 3.* Et merito quidem, quia in hoc casu non praesumitur contra te pronuntiaturs propter natura-

lem affectionem, quam quilibet erga res suas debet: ac proinde suspectus estimeretur, ne justitiam corumpat. Et hac ratione non potest quis esse Judex; vel Assessor in causa, in qua fuit advocatus; *arg. L. fin. C. de Assessorib.* Nec quando habet tamquam actor, vel reus aliam causam consimilem, potest esse Judex in illa causa: quippe nimis favorabilis tali causae videretur, jusque diceret alijs, eodem modo, quo sibi vellent dici. C. 18. de *Judic.* Bene tamen potest quis esse Judex in sua causa in his, quae sunt voluntariae jurisdictionis. L. 3. ff. de *Adoption.* ibi: *Si Consul, vel Praes. filius familias sit, possit eum apud semetipsum, vel emanari, vel in adoptionem dari constare.* Imò & jurisdictionem contentiosam poterit exercere, quando injuria, non tam sibi, quam dignitati sit illata, vel quando causa potius ad Ecclesiam, quam ad Episcopum spectat. *Barbos. in C. 12. de Judic. & com. DD.* Etiam Judex cognoscit, & declarat, an sua sit jurisdictione, quando rationabiliter dubitat, an sua jurisdictione te extendat ad causam ad suum Tribunal perlatam. *L. 5. ff. de Judic.*

26 Pluribus modis potest quis forum fortiri. 14. assignat Rex noster Alphonsus in *L. 32. tit. 2. p. 3. 50. Spiculae. in lib. 2. de Comp. Judic. 109. asserit Marianus vicin. in Rubr. b. t.* Sed communiter ad quatuor reducuntur modi forum fortendi: Scilicet. 1. domicilium. 2. contractus. 3. delictum. 4. res lita. C. fin. b. t. inter quos praecipuus est domicilium. *L. 32. tit. 2. p. 3. Domicilium* ergo est locus, ubi quis familiam, rerumque, ac fortunarum summam constituit cum animo illic non discedendi si nihil avocet. *L. 7. C. de Incol. lib. 10. L. 32. tit. 2. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. V. Diez años.* Domicilium concurret cum omnibus alijs foris; imò & illis potentius est, foro feudi excepto. *Greg. Lop. in L. 32. tit. 2. p. 3. V. Ponendo.* Sive Causa Civilis, sive Criminalis sit: ac proinde fortitur quis forum domicilij, etiam si delictum, vel contractus alibi, & ante obtentum domicilium, commissum, vel celebratus sit. *C. 17. b. t. L. 19. §. fin. ff. de Judic.* Sive reus conveniendus, in loco domicilij existat, vel non: quia si contumaciter non compareat, postquam citatus est in absentia, potest fieri missio in ejus bona. *L. 4. §. 5. ff. de Damno infect.* Si quidem per domicilium fit quis absolute subditus Judici illius loci, in loco domicilij existat, vel non: quia si contumaciter non compareat, postquam citatus est in absentia, potest fieri missio in ejus bona. *L. 4. §. 5. ff. de Damno infect.* Si quidem per domicilium fit quis absolute subditus Judici illius loci, in loco domicilij existat, vel non: quia si contumaciter non compareat, postquam citatus est in absentia, potest fieri missio in ejus bona. *L. 4. §. 5. ff. de Damno infect.* Si quidem per domicilium fit quis absolute subditus Judici illius loci, in loco domicilij existat, vel non: quia si contumaciter non compareat, postquam citatus est in absentia, potest fieri missio in ejus bona. *L. 4. §. 5. ff. de Damno infect.*

ter, & perpetuo habitandi, si nihil avocet. *L. 20. ff. de Captiv. 2.* factum habitandi ibidem, etiam ex primo die. *L. 39. §. 2. ff. de Verb. signif.* Et etiam ibi non habeat majorem partem suorum bonorum. *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 86. n. 18.* Animus alicubi figendi domicilium consistere censetur: si illuc quis transiit majorem partem suorum bonorum, vel totam familiam, vel si per decennium habitet. *L. 32. tit. 2. p. 3.* Si æqualiter (non mathematicè, sed moraliter) quis in duobus, vel pluribus locis habitet, in utroque acquirit domicilium. *L. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ff. ad Municip. Uxor, & vidua est convenienda in loco domicilij mariti. L. 22. §. 1. ff. ad Municip. Servus coram Judice filij Domini. L. 1. C. Ubi caus. status. Libertus, ejusque filij coram Judice domicilij patroni. L. 22. ff. ad Municip. Hæres, qui ex contractu defuncti convenitur in judicio incepto à defuncto, respondere debet in loco, ubi defunctus conventus est. *L. 34. ff. de Judic. l. 32. tit. 2. p. 3.* Secus est, si judicium nondum inceptum fuerat cum defuncto, vel si non conveniatur ex persona defuncti. Vagabundi, cum nullum habeant domicilium, neque animum habitationem alicubi constituendi, possunt conveniri ubicumque inveniuntur. *L. 32. tit. 2. p. 3.* cum ibi fortiantur forma, etiam ratione delicti alibi commissi. *Gloss. in L. Hæres absens, ff. de Judic. V. Debebit. Et alij com. cum Sanch. de Matr. lib. 3. D. 25. n. 5.**

27 Qui in aliquo loco degunt animo, non perpetuo, sed per majorem, vel notabilem anni partem, ibidem commorandi; ex quo ad talem locum accedunt, habent quasi domicilium in illo loco, ut studiosi in Academijs, Legati in loco legationis, famuli, ancillæ, negotiatores, & alij hujusmodi. *L. 19. §. 2. ff. de Judic. & ibi acquirunt jus Parochiæ, & sepulturæ, & possunt ibi omnia Sacramenta, Ordine excepto suscipere. Gloss. in Clem. 1. de Privileg. D. Antonin. Sanch. de Matr. lib. 3. cap. 23. n. 12. Et alij contra Joan. And. Abbas. Et alios.* Imo ibidem possunt conveniri de contractibus, vel delictis alibi gestis. *L. 2. C. Ubi, de Crimin. agi oport. Et Gloss. ibid. V. Degit, contra Barbosa.* Olim profecto omnes poterant Romæ conveniri, quia erat patria communis. *L. 33. ff. ad Municip. ac proinde quasi commune domicilium habebatur.* Hodie tamen in parte hoc cessat: nam solum Clerici possunt ibi conveniri indistinctè in quacumque causa, sive spiritali, sive

temporali, seu profana: dum ibi existunt; secus Laici; nam hi solum de rebus spiritualibus, vel Ecclesiasticis tenentur ibi respondere. *C. fin. b. t. c. 17. c. 18. 9. q. 3.* nisi prædicti habeant jus domum revocandi causam, ut melius instructi possint respondere, ut Legati, vel qui Romam mittuntur ad negotia suarum Ecclesiarum, vel ad reddendas rationes. *L. 2. §. 3. ff. de Judic.* Et idem dicendum est ob identitatem rationis de quacumque Civitate, ubi Pontifex existat: nam ut canebar. *Lucanus, Vagos habitante Camillo, illic Roma fuit.* Similiter, & ferè in eisdem casibus possunt Laici conveniri in loco ubi est Curia Regis: nam rectè potest de eujusque Principis Curia dici, quod alter de Roma canebar: *Pecchi patriam diversi Gentibus unam. L. 4. tit. 3. p. 3. ibi: E esto es, porque la Corte del Rey es fuero comunal de todos, è non se puede ninguno escusar de estar à Derecho.* Et ibi afferuntur variaz ampliaciones, & limitaciones. Jure Civili fortius quis forum Originis in loco, ubi natus est non sortuito, sed ubi parentes domicilium habebant; *L. 9. ff. de Captiv. l. 4. C. de Municipibus.* Sed hoc jam est hodierna consuetudine sublatum. Jure tamen Canonico solum attenditur locus originis, quoad ordinem susceptionem. *C. 3. de Tempor. orat. in 6.* minime verò quoad sortendum forum.

28 2. Ratione Contractus quis forum sortitur. Si quis ergo sive Clericus, sive Laicus extra domicilium contractum in eam, vel quasi contractum, vel aliam quacumque conventionem, vel administrationem, vel tractatum, vel relictionem contractus jam celebrati, sive hoc faciat per se, vel per institorem: & etiam si privilegium habeat (nisi sit inclusum in corpore juris) quod non teneatur respondere, nisi in certo loco: est in actoris electione cum convenire, vel in loco domicilij, vel in loco contractus: si tamen reus est Clericus coram Ecclesiastico conveniendus est. *C. 17. c. fin. b. t. L. 19. §. 2. Et 3. ff. de Judic.* Et ratio est, ne creditores graventur sumptibus in adeundo locum domicilij, cum ad solvendum in loco contractus tacite, vel expresse se contrahens obligaverit. Deinde, quia in loco contractus facilius potest consistere de contractu, & ejus requisitis: cum illius loci Legibus subiacet contractus, tam quoad valorem, quam quoad probationem. *L. 6. ff. de Eviction. excepta dote, quam mulier repetere debet in domicilio mariti, &*

& juxta ejus domicilij jura, & non secundum jura loci ubi promissa est. *L. 65. ff. de Judic. nisi aliter conventum fuerit. L. 19. §. 2. ff. de Judic.* Peregrini possunt conveniri in loco contractus, si ibi moram trahunt, & conduxerunt officinam: secus si brevi sunt discessuri: quia durissimum foret, quotquot locis quis navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere. *L. 19. §. 2. ff. de Judic.* Sed in loco domicilij conveniendi sunt, nisi contrahens ignoret, cum illo contrahentem esse viatorem, vel aliter sit conventum, vel aliud suadeat consuetudo, vel si viator sit de fuga suspectus: Nam in his casibus potest in loco contractus conveniri; *arg. L. 32. tit. 2. p. 3.*

29 Si contrahens non inveniatur in loco contractus, non potest regulariter ibi conveniri. *C. 1. §. 3. b. t. in 6. L. 19. ff. de Judic.* nisi ibi respondentum promisit, & simul forum domicilij renuntiavit. *Gloss. in L. 1. ff. Si quis in jus vocat. Covar. Pract. qq. cap. 10. n. 5.* vel si ibi lis cum defuncto excepta fuerit. *L. 34. ff. de Judic. l. 32. tit. 2. p. 3.* vel si agatur de reddenda administrationis ratione, sive publica, sive privata sit. Nam reus, etiam absens, potest conveniri ubi administravit. *L. 1. C. Ubi de Ration. agi oport. L. 32. tit. 2. p. 3. Covar. Pract. qq. cap. 10. n. 4.* Qui in aliquo loco à contractus loco distincto solvere promisit, ibi, & in domicilij loco ad actoris arbitrium, non in contractus loco conveniri debet. *L. 21. ff. de O. & A. si se soluturum promittit Manilæ, vel Acapulci disjunctivè, solvere potest ubi voluerit, conveniri tamen potest ibi actor voluerit: & quidem ad integram summam L. 21. ff. de O. & A. ibi: Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solveret se obligavit.* Si copulativè promisit, se soluturum Manilæ, & Acapulci, media pars potest in uno loco peti, alia mediætas in alio loco; *arg. L. 2. §. 4. ff. de eo, quod cert. loc. quia natura copulæ est æqualiter distributa copulata. L. 11. §. 1. ff. de Duob. reis.*

30 3. Ratione delicti quis forum sortitur. Quicumque enim delinquens, sive Paganus, sive Miles. *L. fin. C. de Recusat.* quando non est crimen Militare: sive Magistratus. *L. 1. C. Ubi Senator.* sive privilegiatus, si in ipso privilegio casus delicti non includatur. *C. 1. de Privileg. in 6.* qualecumque delictum committat, sive grave, sive leve, sive publicum, sive privatum: in loco delicti sortitur forum, & subjicitur Judici illius loci, in cuius ter-

ritorio delinquit. *C. 4. c. fin. b. t. L. 1. C. Ubi de criminib. agi oport. L. 32. tit. 2. p. 3.* quia ut ait *J. C. in l. 28. §. 15. ff. de Pænis. Famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt, furca figendos* copularibus placuit, *ut & conspectu deterreantur alij ab eisdem facinoribus. L. 3. tit. 16. lib. 8. R. C. ibi: Porque alli donde cayó en la culpa reciba la pena.* Ut hoc modo vindicta, & satisfactio detur illi Reipublicæ, quæ per crimen læsa, & injuria affecta est. Deinde, quia in loco delicti facilius illud probari valet, & regulariter intelligitur reo poena, quæ in illo loco statuta est, licet sit distincta à poena statuta in loco domicilij, *Julius Clar. lib. 5. §. fin. q. 85. n. 3.* ubi etiam dicit, quod sæpe extranei possunt excusari à poena posita in illa Civitate per aliquod peculiare statutum. Judex igitur territorij potest delinquentem ibi deprehensum, etiam alius illius subditus non sit, pro ratione delicti punire poena corporali, vel pecuniaria. *C. 14. b. t. l. 1. c. 8. Ubi de criminib.* quod si post citationem factam reus fugiat ab eo territorio, de quo debet citari: & si contumaciter non compareat, sit processus, & ejus bona annotantur, & in ea fit immisio, potestque talis reus excommunicari. *C. 19. b. t. c. 8. de Dolo, Et contum. l. 1. C. de Requir. reis:* quia per citationem subjicitur illi Judici, si fugiat ante citationem, & non conflet, in quo loco reus sit, facta informatione summaria de crimine, citatur per Edictum, quod voce præconis promulgatur, vel affigitur portis Civitatis, vel valvis Curia, vel Ecclesiæ pro delicti qualitate, *Hisp. panè: Llamar à Balcón, y pregonos.* Si contumaciter non compareat reus, licet non possit in ipsum ferri poena corporis afflictiva. *L. 1. C. de Requirend. reis. Cl. 2. de Sentent. Et re judic.* quia per discessum desijt esse subditus illius Judici: si tamen habeat bona, possunt annotari, & casu, quo reus aliter satisfactionem præstare renuat, sit immisio in bona, vel si alibi habeat, requiritur Judex illius loci, ut in bona rei absentis immittat actorem. *C. 1. §. 3. b. t. in 6.*

31 Si verò conflet, ubi sit delinquens, licet Judex non possit illum persequi, & apprehendere extra suum territorium: quia ibi impunè illi non pareretur, cum extra suum territorium tamquam privatus habeatur. *C. 2. de Constit. in 6. L. fin. ff. de Furi. di. 2.* quin etiam reum capiat, ante omnia debet illum relaxare: nisi sit Prælatum, maritum, vel Dominum: nam hic per modum dominij, seu vindicationis, pos-

sunt ubique capere Religiosum, uxorem, vel rem ablatam: potest tamen per litteras requisitorias illum quærere. Quod si delictum sit grave, debet Judex loci delicti informationem summariam de delicto facere, ita ut constet de persona, quæ illud commisit, ipsamque informationem includere in litteris requisitorijs, & remittere ad Judicem territorij, ubi reus invenitur. *L. 1. §. 2. ff. de Requirend.* Si Judex illius territorij est subditus alteri Principi, cui non est subiectus Judex loci delicti, non tenetur reum remittere, nisi ultro annuat. Si tamen uterque Judex sub eodem sint Principe, Judex requisitus tenetur reum capere, & remittere ad Judicem domicilij, vel delicti, prout ab eis fuerit requisitus; *arg. L. 7. §. fin. ff. de Accusat.* & etiam tenetur executi sententiam latam à legitimo Judice, si quoad hoc sit requisitus, ut *ex C. 1. de Raptor. colligit Gonz. in C. 14. h. t. n. 7.* In nostra Hispania, si Judex requisitus nolit remittere reum, punitur ea poena, quam meretur delinquens. *L. 1. l. 2. l. 3. tit. 16. lib. 8. R. C.* quod si Judex loci ubi delinquens invenitur non sit requisitus, potest illum remittere; non tamen tenetur, nisi ipse non possit infligere poenam condignam delicto, v. g. mortem. *L. 1. l. 7. C. de Defensorib. Civitat.* Et quidem regulariter solum potest delinquens puniri à Judice domicilij, vel delicti, non tamen à Judice territorij ubi est delinquens, ut contra *Barol. & alios* tenent *Covar. Pract. qq. cap. 11. n. 9. Gomez Variar. 3. cap. 1. n. 87. ex C. fin. h. t. & C. 1. de Privileg. in 6.* ubi tale forum non cognoscitur. In nostra Hispania potest, & tenetur Judex territorij, ubi reus invenitur, illum poena condigna punire, si hoc peccat accusator: quod si hic videat, sententiam nimis differri, potest petere, quod remittatur ad locum delicti, & Judex territorij illum remittere tenetur; quantumvis judicium jam coram ipso inceptum esset. *L. 3. tit. 16. lib. 8. R. C.* quod singulare est, ut ibidem notat *Aceved. n. 5.*

32 Quando aliquis in uno territorio sauciatus inde abiit, & in confinio utrius territorij decessit, in territorio, in quo reus vulneris infligitur conveniendus est, quia ibi fuit posita causa efficax homicidij; *arg. L. 21. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Si vero quis stans in uno territorio occidit scilicet, vel sagitta stantem in altero territorio in utroque forum sortitur talis delinquens, & datur locus preventioni. *L. 1. C. ubi de Crimin. agi oportet. Clar. lib. 5. §. fin. q. 38. n. 9.* Qui in uno territorio exil-

tens mandat homicidium in alio territorio exsequendum, sortitur forum in loco executionis. *Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 38. n. 6.* nisi in aliquibus delictis, in quibus etiam solus affectus, licet effectus non sit secutus, punitur poena ordinaria, ut crimen assassini; *arg. C. 1. de Homicid. in 6.* vel læsa Majestatis: quippe tunc mandans, & mandatarius utriusque loci forum sortiuntur, daturque locus preventioni: Similiter est locus preventionis, quando cadaver hominis occisi jacet in confinio utriusque territorij, & nescitur, in quo vulnus lethale accepit; *arg. L. 19. ff. Commun. divid.* Nec attenditur ubi sint pedes, cor, vel caput cadaveris, ut aliqui DD. distinguunt. *Jul. Clar. l. 5. §. fin. q. 38. n. 11.* Delinquens in mari in Navi oneraria ibidem potest capi, sed punitur ab illo Magistratu, qui imperium, & jurisdictionem in proximo portu exercet. *L. 2. tit. 9. p. 5. & ibid. Greg. Lup. Bobad. Polit. lib. 4. cap. n. 6.* In Navibus Regijs delinquens regulariter punitur à Duce, secundum facultatem, quam habet *Hevia lib. 3. Com. Nav. cap. 3. n. 5. 4.* ratione rei sitæ forum habetur. Quando enim est lis, & controversia de re, quæ existit in loco distincto à domicilio litigantis, & agitur actione reali, quæ rem sequitur; non verò quando agitur actione personali, quæ personam sequitur. *L. 25. ff. de Oblig. & Ac. est in potestate actoris reum convenire, non solum in loco domicilij: siquidem domicilium forum generale est concurrens cum quolibet alio: sed etiam in loco, ubi res sita est. C. 3. c. fin. h. t. l. fin. C. Ubi in rem act. cum in actione reali potior rei, quam personæ habeatur consideratio. L. 19. ff. de Jur. Fisci.* Deinde, quia ubi res existit, facilior est causæ probatio, & sententiæ executio. *L. 32. tit. 2. p. 3.* Quando verò judicium est momentaneæ possessionis, in loco ubi res sita est, debet terminari: Nam cum hoc judicium institutum sit, ne partes ad arma veniant, & hoc potius in loco rei sitæ, quam domicilij debeat timeri, ibi etiam debet terminari. Ubi enim res sita est, sive immobilis, sive mobilis, quæ non tantum transeuntur est in eo loco; *arg. L. 32. ff. de Pignori. reus forum sortitur tam quoad judicium petitorium, quam possessorium. l. un. C. Ubi de possess. l. un. C. Ubi de heredit. c. 1. de Caus. possess. etiam si habeat privilegium, ut coram certo tantum Judice teneatur respondere. C. 1. de Privileg. in 6. L. 19. ff. de Judic. Etiam Clericus in loco rei sitæ, coram Judice tamen Ecclesiastico, conveniendus est. Quod si*

reus

reus absit à loco ubi res sita est, Judex rei sitæ non potest contra eum personaliter procedere, utpote non subditum personaliter suæ jurisdictioni, potest tamen procedere realiter, etsi in jus vocatus non compareat, actorem immittere potest in possessionem rei, de qua est lis. *C. fin. §. fin. Ut lite non constat. L. 2. C. Ubi in rem act.* quia quando in rem agitur, potior rei, quam personæ habetur ratio. *L. 19. ff. de Jur. Fisci,* nec reus, qui possidet rem, potest ab actione liberari nominando auctorem, à quo emit rem, potest tamen illum citare ad se defendendum in causa evictionis, & re evicta potest illum ad interesse convenire. *L. 1. C. Ubi in rem act.* Si verò possessor rei nomine alieno rem tenet: v. gr. ut inquilinus, usufructuarius, creditor pignoratitius, superficiarius, emphiteuta, vel vassallus, licet adversus ipsos possit judicium institui, non tenentur illud sustinere; sed possunt nominare auctorem, cujus nomine rem tenet, & concessis induciji, ut Dominus possit rem suam vel per se, vel per Procuratorem defendere, in ipsum dirigunt actio. Si verò inquilinus, usufructuarius, & reliqui ratione juris, quod ipsis in re competit conveniantur, ipsi respondere tenentur.

33 Præter quatuor modos assignatos, qui sunt communes, & ordinarij sortendi forum, alij speciales inveniuntur, inter quos eminet privilegium Clericale, quo apud omnes Catholicos contra Hæreticos, Clerici à Sæculari jurisdictione exempti merito sunt. *C. 2. c. 8. de Judic. c. 12. b. t. c. 4. de Censib. in 6. Trid. sess. 25. de Ref. cap. 20. Auth. Statuimus. C. de Episc. & Cleric. Auth. Cassa. C. de Sacrosanct. Eccles. l. 57. tit. 6. p. 1.* Clerici ergo conveniendi sunt civiliter, & criminaliter, si non sunt exempti, coram Episcopo proprio, vel alio Judice ordinario. *C. 39. c. 46. 11. q. 1. c. 7. de Offic. Ordin. in 6. c. 1. h. t.* Episcopus proprius erit Episcopus domicilij, vel contractus, vel delicti, vel rei sitæ. *C. fin. h. t.* vel ubi Clericus habet beneficium. *C. 14. b. t.* Et quidem quoad illius beneficii causas semper ibi potest conveniri Etiam beneficium non exigit residentiam personalem, nec Clericus ibi existat. Nec enim Clericus ab alio, quam à suo Episcopo judicari debet: siquidem ut optime ait D. Greg. in *C. 39. 11. q. 1. Si sua unicuique Episcopo jurisdictione non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiari debuit ordo, confundatur. Episcopi tamen in crimina-*

libus, & civilibus arduis coram R. Pontifice conveniuntur: v. gr. in causa hæretice. Causa verò criminales minores Episcoporum in Concilio Provinciali deciduntur. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 5.* Summus Pontifex solum Deum judicem cognoscit: quia prima sedes à nullo judicatur. *C. 17. 9. q. 3.*

34 Si aliquis Laicus delinquit, & postea fiat Clericus, si ante susceptum clericatum non est inceptum judicium, hoc debet coram Ecclesiastico institui: Si jam est inceptum à Sæculari per citationem, vel litis contestationem, ibidem debet finire. *C. 19. b. t. l. 30. ff. de Judic. ibi: Ubi acceptum est semel judicium, ibi, & finem accipere debet.* Sed non debet puniri poena corporis afflictiva; quia persona jam est exempta. Si quis in clericatu, v. gr. qui est in minoribus constitutus, vel in Monasterio delinquit: & postea redeat ad statum Laicalem, quia contrahat matrimonium, vel à religione expellatur, à solo Judice Ecclesiastico potest puniri: quia ad gaudendum privilegio fori attenditur status delinquentis tempore, quo delictum commisit, non quo fertur sententia. *L. 1. ff. de Panti. Barbol. de Jur. Eccles. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 98. Meno. b. de Arbitr. cas. 131. Pignat. tom. 2. consult. 66.* Cum hoc privilegium Fori Clericalis sit introductum non in favorem hujus, vel alterius personæ particularis, sed in favorem publicum totius status Clericalis, non potest ab aliquo Clerico in particulari renuntiari, nec tacite, nec expresse, nec etiam adjecto juramento: sive causa spiritualis, sive criminalis, sive civilis sit. *C. 12. h. t. Arg. L. 38. ff. de Pactis, ibi: Jus publicum privatorum pactis mutari non potest.* Sicque non solum quando renunt, & repugnant, nequeunt trahi ad Forum Sæculare, sed etiam si sponte velint, & contentiam nequeunt ad ipsam accedere: Quod si Clericus, actor cum sit, ad judicium Sæculare trahat alium Clericum, si causa civilis est, eam perdit, sed post Sententiam: & excommunicatur: si verò desistat à causa in quacumque parte litis, evitat poenam. Clericus verò reus, qui coram Sæculari respondet, amittit causam, si civilis sit, sed post sententiam, vel si quod evicit, & obtinuit, retinere velit, deponitur: si causa est criminalis deponitur. *C. 6. c. 42. c. 43. 11. q. 1.* Quæ constant præcipue ex percelebri *Text. in C. Si diligenti 12. h. t. ibi: Afferuisti, te usque ad hæc tempora tenuisse, quod licitum sit Clerico renuntiare saltem in temporalibus causis juri suo, & sibi Laicum judicem constituere.*

vitare, presertim, ubi aduersarij voluntas accedit, ac temere juramentum super hoc interpositum respondisti: Immemor constitutionis, qua cavetur pacto privatorum iuri publico minimè derogari. Cum ergo jus hoc in Misertiano, & Cartaginensi Concilij sit specialitèr promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pontifice ad iudicia publica pertrahant, aliquin causam perdant, & à communionem habeant extranei: & tam Episcopi, quam Diaconi, seu quilibet Clerici in criminali, seu civili negotio, si derelicto Ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs se purgare voluerint, etiamsi pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione, in civili verò perdant, quod voicerint, si locum suum maluerint obtinere. Manifeste patet, quod non solum in voti, sed etiam voluntarij pacisci non possunt, ut secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum: cui privatorum pacto derogari non potest; nec iuramentum licitè servari potuit, quod contra Canonica statuta illicitis pactionibus informatur. Quod si Laicus trahat Clericum ad iudicium Sæculare, incurrit poenam amissionis causæ. Sed ut æqualitas inter utrumque forum seruetur, sicut Laicus non debet trahere Clericum ad Forum Sæculare, sic nec Clericus ad Forum Ecclesiasticum debet Laicum rapere, ob rationem. L. 14. tit. 1. lib. 4. R. C. ibi: Porque assi como Nos queremos guardar su jurisdicción à la Iglesia, y à los Ecclesiasticos Jueces, assi es razon, y derecho, que la Iglesia, y Jueces della no se entremetan en perturbar la nuestra Jurisdicción Real. C. 13. de Judic. non putet aliquis, quod jurisdictionem Illustris Regis Francorum perturbare, aut minuire intendamus, cum ipse jurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire.

35 Præterea plures sunt Laici, qui habent forum privilegiatum, suntque exempti à communi, & ordinario foro aliorum Laicorum. Tales sunt Milites, studiosi, & miserabiles personæ. Milites enim, postquam in numerum Militum conscripti sunt, civiliter, & criminaliter conveniuntur coram Magistro Militum. Arg. L. 42. ff. de Testam. Milit. Magistri Militum nomine hodie venit Dux Militum, vel Colonellus, qui de eorum causis cognoscit, per se, vel per Auditorem suum, & in causis gravioribus, & Capitalibus proceditur convocato Militari Senatu. L. 6. C. de Jurisd. omnium iudic. L. 3. tit. 29. p. 7. Quod quidem intelli-

tur ubicumque sit delictum commissum. Et alij Judices, etiam Milite non petente, debent illum ad suum Ducem remittere; qui non debet stare probationem coram alio iudice factis, ob ejus in competentiam. Greg. Lop. in d. l. 3. Si vero aliquis coram alio iudice conventus fiat miles non gaudet privilegio militari, L. 7. ff. de Judic. L. 5. tit. 11. lib. 3. R. Ind. ex ratione L. 30. ff. de Judic. ubi acceptum semel est iudicium, ibi, & sinem accipere debet. In Nostra Hispania circa Milites, & eorum privilegium quoad forum plures sunt casus, in quibus eo non gaudet, ut constat ex Decret. post Tit. 1. lib. 4. R. C. f. 318. & seq. ibi: Los Soldados de la Guardia de su Magestad no gozan del privilegio del fuero en caso de resistencias, y los que tienen Tabernas, ò Mesones, ò Bodegones, y en estos casos las Justicias Ordinarias pueden proceder contra ellos, y sus mugeres. Los Soldados de la Milicia en primera instancia están sujetos à la Justicia Ordinaria en todos los casos criminales, y en segunda instancia pueden apelar al Consejo de Guerra, ò à las Chancillerias. Los Soldados, y hombres de armas, y continuos no gozan del privilegio del Fuero Militar en caso de resistencias à las Justicias: tan poco gozan del privilegio militar en los casos, en que se procede contra ellos por falta de plata, ò entrar moneda de vellon: lo mismo en los Oficiales de la Casa de la Moneda, Artilleros, y otros, que pretenden ser exemptos. L. 61. tit. 18. lib. 6. R. C. Los hombres de armas no pueden traer pistolas. L. 17. tit. 23. lib. 8. R. C. Et addit D. Jacob. Magro in Indic. Leg. Recop. Cast. V. Fuero, f. 230. que gozan del Fuero Militar las Milicias del partido de las Alpujarras. In Indijs cognoscunt de causis militaribus Proreges, & alij, qui sunt Duces Generales in suis Provincijs: & quidem in omnibus instantijs cum inhibitione aliorum Judicum, & etiam Regiarum Audientiarum. L. 1. & per tot. tit. 11. lib. 3. R. Ind. In his tamen Insulis Philippinis cognoscit de his causis in prima instantia Prefectus, seu Magister Militum. Hispanè: *Maestre de Campo*, & ab ipso ad Governatorem hujus Provinciae appellatur. L. 3. tit. 11. lib. 3. R. Ind. Cultodes Castrorum. Hispanè: *Alcaydes*, ò *Castellanos*, cognoscunt in prima instantia de causis militum, qui in suo Castro existunt. L. 7. tit. 11. lib. 3. R. Indiar.

36 Studiosi, etiam Censatores, seu otiosi, ut tenet praxis contra Mendo, non solum qui extra Patriam, sed, qui in ipsa discunt litteras in aliqua Academia uni-

versali, vel Gymnasio (secus si privato Marte tantum studiant,) etiam si Clerici sint, dum in album, seu matriculam Universitatis sint relati (secus aliter. Arg. L. 42. ff. de Testam. Milit.) item Profectores, seu Magistri, & illorum uxores. L. fin. C. de Incolis, lib. 10. videtur pro toto viduitatis tempore. L. 22. § 1. ff. Ad Municip. Eorum filij, & nepotes, si in lptorum exilium potestate (secus post mortem parentum) & famuli, si matriculæ sint inscripti, & Notarij, seu Secretarij, & Bedelli, Nuntij, Ostiarj, alijque Ministri Academiae, dum officium retinent: Hi ergo omnes privilegio Academico, & ejus foro gaudent: & ideo debent, quando rei sunt, conveniri civiliter, & criminaliter coram Rectore Universitatis, ut haberetur ex constitutione Imperatoris Ferdinici apud Roncallas, quæ extat in Auth. Habita C. Ne filius pro patre. Et L. 101. 20. tit. 7. lib. 1. R. C. Late mei Collegij Conchenensis meritisimus alumnus. D. Alfonso Escobar, de Pontific. & Reg. Juris. cap. 40. & alibi. Mendo de Jure Academ. lib. 1. q. 2. ex n. 452. Et lib. 3. q. 2. quod privilegium habet locum non solum, quando prædicti in Academia inveniuntur, sed etiam ex loco delicti sunt remittendi ad Academiam. Arg. L. 9. ff. de Custod. & exhibit. reor. Ratio hujus privilegij assignatur in d. Auth. Habita, ibi: *Quia eorum scientia totus illuminatur Mundus, & ad obediendum Deo, & nobis ejus Ministris vita subjectionum informatur.* In Nostra Salmantina Academia, omnium scientiarum Principe, & Magistra, Scholastici, si rei sunt, debent coram Scholastico Salmantino (qui etiam Magister Scholæ, & Cancellarius appellatur) conveniri tam in civilibus, quam in criminalibus: liquidem. l. 7. tit. 31. p. 2. quæ hanc cognitionem in criminalibus negat, jam est abrogata posterioribus privilegijs, ut testatur Escobar, ubi supra. Et quidem coram illo sunt conveniendi, ubicumque existant, nec possunt coram alio iudice, vel Sæculari, vel Ecclesiastico conveniri. Si vero Scholastici sint Actores possunt item reos coram Scholastico Salmantino trahere: olim existentes intra quatuor dietas, hodie intra duas tantum, hoc est intra viginti leucas, quæ computantur à fine Diocesis, in qua citandus moratur. L. 18. l. 20. tit. 7. lib. 1. R. C. Et ibid. *Acovedo.* Idem dicendum est de Vice-Cancellario, seu iudice itadij. Hispanè: *fuez del Estudio*, qui idem cum Magistro Scholæ Tribunal constituit. Mendo de Jur. Academ. lib. 1.

ex n. 183. Similiter de Rectore Universitatis Complutensis, & Vallisoletanæ dicendum est: Nam hi habent totam potestatem, quam Cancellarius, & Rector Salmantinus divisam habent. Mendo de Jur. Acad. lib. 1. n. 156. Et licet lex Collegia majora, scilicet, Conchense, Divi Bartholomæi, Archiepiscopali, & Ovetense in Salmantina: S. Crucis in Vallejoletana; & Divi Ildephonsi in Complutensi Academiae sint, & quidem principalissima prædictarum Universitatum membra; tamen Collegiarum cautæ graviores sunt reservatæ Supremo Castellæ Senatui; ut constat ex Decr. in fin. Tit. 7. lib. 1. R. C. Mendo de Jur. Academ. lib. 1. n. 174. Imò lex Consiliarij Regij sunt destinati, ut incumbant regimini; & rectæ gubernationi prædictorum Collegiorum: *Tanta mollis erat Romanam conare Gentem.* In Indijs Rectores Universitatum Limenis, & Mexicanae cognoscunt de causis Scholasticorum, & Doctorum, tam in civilibus, quam in criminalibus (extra poenam tamen sanguinis, vel aliam corporalem) dum habeant connexionem cum studiorum causis; vel pertineant ad regimen Universitatis, & statutorum observationem: secus quoad alias causas. Nam de eis Judices Ordinarij cognoscunt L. 12. tit. 22. lib. 1. R. Ind. Si aliquis delinquens, vel contractum celebrans, postquam preventus est ab alio iudice, fiat Scholasticus, non gaudet privilegio. L. 19. ff. de Jurisdic. l. 7. de Juidic. In Nostra Academia Salmantina non gaudet privilegio foci Clerici Salmantini, etiam matriculati, & etiam si aliquas lectiones in Universitate audiant, si non sint verè studentes, & huic operi serio incumbant. Etiam statutum est: *Que à ningun Estudiante, que venga al dicho Estudio nuevamente, no se le den conservatorias de las deudas, y cosas fechas, y contrabidas, antes que vengan al dicho Estudio, basta tanto, que ayan becho un Curso entero, y que estudien continuo, y que entren en las Escuelas, y oyan dos lecciones cada dia: de manera, que hagan aquello porque deban gozar. T que lo semejante se haga con los Estudiantes, que se fueren del Estudio, y bicieren su asiento en su tierra, ò en otra parte, y después bolvieren al Estudio.* L. 18. §. 5. & 6. tit. 7. lib. 1. R. C. Nec privilegio gaudent Scholastici, qui Iustitjs relictunt. L. 28. tit. 7. lib. 1. R. C. nec Conservatores studiorum gaudent privilegio, nisi quando de mandato Cancellarij aliquid faciunt, nec Procuratores, Librarij, Pharmacopolæ, vel alij Officiales, etiam

etiam matrículati; & etiam si Universitatis lectionibus adiant, gaudent privilegio. *L. 18. tit. 7. lib. 1. R. C.* ubi redditur ratio: *Porque aquello poyee, que se hace solamente à fin de gozar de las libertades, y no aprovechar en el Estudio: famuli Scholasticorum solum gaudent, si, & ipsi Scholastici sunt. L. 18. §. fin. tit. 7. lib. 1. R. C.* de ipsis late in dicto *Tit. 7. lib. 1. R. C.* agitur. *Efcob. Mend. & alij.* Scholasticos posse fori privilegio renunciare satis clare colligitur ex *L. 7. tit. 31. p. 2. ibi: Nin traer à juicio delante de otro Alcalde, sin su placer de ellos.*

37 Misereabilibus etiam personis aliquale solatium in sua misere conditionis levamen à jure tribuitur: siquidem tales miserabiles personae, quales sunt minores, quantumvis Curatorem habeant, & licet civites sint, dum tamen simul sint Orphanii, secus aliter: viduae, etiam si pauperes non sint, nisi impudice vivant; foeminae, non meretrices, etiam habentes maritum, sed inutilem, à quo nequeant defendi, quia captivus, exul, vel ad trimeses damnatus est: Virgines patre carentes. *Arg. L. 24. §. 3. ff. de V. S. Senes decrepiti, diuturno morbo exhausti. L. un. C. Quando Imperat. inter. pupill.* vel si quis servus pro libertate contendat, Aethiopes juxta *Carrafco*, Indi juxta *Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 27. n. 40.* Et quicumque judicis arbitrio ob injuriam fortunae miseratione sunt digni, nisi Judo, gula, aut alio crimine in talem miseriam incidunt: Extra Provincias, in quibus existunt nequeunt vocari ad Curiam Imperatoris, nec ibi tales personae invitae valent conveniri. Si vero praedicti alios conveniant possunt illos in prima instantia coram Imperatore convenire. *L. un. C. Quando Imperat. int. pupil.* Tales autem personae non possunt uti suo privilegio contra alias pariter miserabiles: & possunt huic privilegio, utpote in eorum favorem introducto renunciare. *Glof. in L. un. C. Quando Imper. V. Excedere, & alij, contra Villalob. & Azeved.* Hoc enim privilegium praecipue stat in eo, quod licet regulariter nullus litigans admittatur in prima instantia in Tribunalibus Superioribus; sed debeat adire suum judicem immediatum, tales personae admittuntur in prima instantia in Curia Regia, & ideo Hispanice dicuntur tales causae; *Casos de Corte*: Siquidem in Regijs Cancellarijs discutuntur etiam in prima instantia, & litigantes à suo foro immediato extrahuntur, & iudices inferiores inhibentur. *L. 11. tit. 5.*

lib. 2. R. C. Etiam in alijs casibus hoc privilegium in Nostra Hispania Regio jure concessum est. Calus ergo, qui Curiae dicuntur sine violatio treguae; Hispanice *Salvagnardia*. Violatio itineris, causa duelli; sed cum hodie duellorum usus sit damnatus, cessat hic casus, teste *Carrafco*. Causa mortis securae, domus combustae, raptus mulieris, publici latronis, hominis bannitio, Hispanice: *Encartado*, falsitatis sigilli Regij, vel monetae, proditiionis contra Regem, vel Regnum. Si contra Praesidem causam disceptetur, vel etiam contra alium Judicem Ordinarium, vel Decuriones, vel Syndicum Civitatis, vel contra Civitatem, vel Universitatem, vel contra Auditores, seu Senatores Regios, aliosque Cancellariarum Officiales, vel contra alias personas nimis potentes, ut Magnates, Duces, Comites, Marchiones, vel quando denegatur iustitia à Judice Ordinario. Etiam huc pertinet causa vinculorum, vel majoratum, vel quando causa magni momenti est. Etiam hoc privilegio gaudent Ecclesiae, Capitula, Monasteria, Universitates, Collegia, Confraternitates; item Advocati, Relatores, & alij Officiales Audientiarum pro suis stipendijs, & alij. Qui enim hoc privilegio gaudent eo uti possunt, siue sint actores, siue rei, dum tamen causa excedat quantitatem 10. millium marapetiorum in Hispania, & 60. millium in Indijs, sed debent ante omnia plene probare, talem casum ad Curiam pertinere, si aliunde ob ejus notorietatem non eximantur ab onere probandi. Quae omnia cum varijs ampliationibus, & restrictionibus latius videbis in *L. 23. tit. 9. p. 2. L. 5. tit. 3. p. 3. L. 11. tit. 5. lib. 2. R. C. L. 8. l. 9. l. 10. l. 11. tit. 3. lib. 4. R. C. L. 72. tit. 15. lib. 2. R. Indiar.* ubi jubetur, quod in Indijs nulli alij casus Curiae admittantur praeter admissos in Hispania *Greg. Lop. & Azeved. in Prad. Leg. Covar. Pract. QQ. cap. 6. & 7. Menoch. de Arbitr. cas. 66. Hevia in Cur. Pbilip. p. 1. §. 9. D. Carrasco. in Tract. de Casibus Curiae.* Commillarij. Cruciatie sunt Judices privati, etiam cum Regiorum Senatorum inhibitione in causis ad Bullas, Subsidium, & Executum spectantibus. *L. 8. tit. 10. lib. 1. R. C. L. 5. tit. 20. lib. 1. R. Indiar.* late *Perez de Lara.*

38 Familiares S. Inquisitionis habent in pluribus casibus privilegium fori: nam saepe conveniuntur, si delinquant, coram ipsis Inquisitoribus. Ut constat ex *L. fin. tit. 1. lib. 4. §. 6. R. C.* ibi: *Pero que en todas las otras causas criminales, que no son de los*

delitos, y casos arriba exceptuados, queda à los dichos Inquisidores sobre los dichos Familiares la jurisdiccion criminal: para que libremente procedan en ellas; y las determinen como Jueces, que para ello tienen jurisdiccion de su Magestad, y nuestra por aora; y para adelante: y en los dichos casos, en que los Inquisidores han de proceder, pueda prender el Juez Seglar al Familiar del nacente, que del delito ha de conocer, con la informacion, que oviere tomado: lo qual se haga à costa del delinquente. Tales ergo Familiares in causis civilibus subiacent, sicut ceteri Laici, Judicibus Saecularibus, & in causis criminalibus laesae Majestatis, sodomiae, seditionis, proditiionis, inobedienciae contra Regem, violationis fidei publicae, alevoliae, raptus, vel violentiae mulieris, violationis domus, vel Ecclesiae, vel Monasterij, vel dolioe combustionis agri, vel domus, vel quando sunt publici latrones, vel si iustitiae resistant, & in alijs maioribus delictis. *L. fin. tit. 1. lib. 4. R. C.* ibi: *Que los dichos Inquisidores no teng n jurisdiccion sobre los dichos Familiares para conocer de los delitos, que de juro se han à mencion, sino que el conocimiento, y determinacion de los queda à los Jueces Seglares, como en las causas criminales de los otros legos, es à saber en el crimen lesa Majestatis humana, y en el crimen nefando contra natura, y en el crimen de levantamiento, & de conacion de Proviencia, & Pueblo, y en quebrantamiento de cartas, & seguros de su Magestad, & nuestros, y rebellion, & inobediencia à los mandamientos Reales, & en caso de alve, & forzamiento de muger, & robo della, y de robador publico, y de quebrantamiento de Casa, & Iglesia, & Monasterio, y quemado de Casa, & de Campo con à lo, y en otros delitos mayores que estos. Item en resistencia, & de facato calificado contra nuestras Justicias Reales.* Nec privilegio fori gaudent ad arma prohibita aherenda *L. 17. tit. 23. lib. 8. R. C.* nec eximantur à toivendis tributis, vel alijs & regijs jmbus, vel jure salis. *Decret. post Tit. lib. 4. R. C.* Nec possunt à Regno extrahere monetam argenteam, nec intronariere in Regnum arcam monetam, Hispanice: *De vellon.* Nec in his causis privilegio gaudent *L. 61. tit. 18. lib. 6. R. C.* ubi transgressores poena ignis, & omnium bonorum amissione puniuntur. Causis, in quibus in Indijs Familiares S. Inquisitionis gaudent fori privilegio, vel non; constat ex concordatis in *L. 29. l. 30. tit. 19. lib. 1. R. Indiar.* Vide *Dian in Sum. V. in*

quisitores, n. 26. & 27. Etiam Nobiles in Hispania, quando de nobilitate acciperant, habent Judices peculiares qui Hispanice: *Alcaldes de Hijosdalgo* dicuntur *L. 1. & per tot. tit. 11. lib. 2. R. C.*

39 Qui alium de statu, fama, & crimine, vel debito diffamant, quasi provocat diffamatum ad judicium: ac pronote diffamatus coram suo Judice diffamati scilicet comparabit, ut jmbeat, vel per se, si diffamans sit illius subditus, vel requirerit Judicem diffamantis, si v. g. sit Clericus, qui diffamat, ut faciat, ipsum diffamatum probare, quae jactat, vel ipsi imponi perpetuum silentium ex per celebri Text. in *l. Diffamari, §. 5. C. de Ingeniis manum* ut sic temeritas malignantium reprimatur, & defendatur honestorum virosum bonum nomen, & fama. *L. 46. tit. 2. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. V. Al Juez del Lugar.* Et cum diffamans confiteretur ut actor, etiam si conveniatur à diffamato coram uno Judice, potest adire alium, si habeat competentem. *Greg. Lop. in l. 46. tit. 2. p. 3. alios citans.* De modo procedendi in praxi ex hoc remedio agit *in az in Prax. tom. 3. cap. 6. §. 1. qui in §. 2. ponit praxim remedij ex L. Si contendat, §. 28. ff. de fid. jussorib.* quod quidem specialiter conceptum de fidejussoribus, quibus beneficium divisionis competit, ex equitate extenditur ad quemcumque casum, quo aliquis timet sibi ab alio, sine infamia (in quo differt hoc à remedio antecedenti) movendam esse licem, cum actor jam habeat jus agendi: quia tunc potest suum Judicem adire (non Judicem adversarij) & officium nobile implorando ab eo petere, ut ejus adversarius citetur, & eo praesente declaretur, se nihil illi debere: ac pronote si citatus contumaciter non compareat perpetuum imponatur silentium. Et hoc modo patet quomodo in his causis specialibus procedatur.

40 Quando Clericus, & Laicus in eodem crimine v. g. homicidij socij sunt, quod quidem delictum non sit Ecclesiasticum, nec mixti fori, quilibet à suo Judice, Clericus, scilicet, ab Ecclesiastico, Laicus à Saeculari puniendus est, cum regulariter locus privilegio socij non gaudeat in delictis. *Arg. l. §. 1. ff. de furtis, Azeved. in l. 10. tit. 1. lib. 4. R. C. n. 23. & alij contra Menoch. de Arbitr. & alios.* Et hoc verum videtur saltem de jure Hispano ob *L. 10. tit. 1. lib. 4. R. C.* ubi jubetur, quod Laicus coram Ecclesiastico non conveniatur in causa profana, nec ejus jurisdictioni se submittat. Similiter

fit, quando Clericus, & Laicus sunt rei debendi, & causa dividua est, hoc est, potest dividi: Si verò causa individua sit, seu nequeat dividi, uterque coram Iudice Ecclesiastico est conveniendus: quia cum continentia causarum non sit dividenda. *C. 1. de Caus. possession. & propriet. L. 10. C. de Judic.* convenientius est, quod magis dignum trahat ad se minus dignum, quam e contra. *C. 3. de Consecr. Eccles. L. 43. ff. de Rei vindic.* Continentia enim, seu connexio causarum non debet dividi, quando scilicet ipsæ habent communem qualitatem, ac rationem discussionis, & liquidationis, ita ut una sine altera plene cognosci, ac definiti nequeat, v. g. inter plures cohæredes, Socios, aut Tutores: vel cum his incidit de proprietate, & possessione, de divortio, & dote, vel ratione reconventionis, vel de alijs causis connexis: Et ratio est; quia Judex de una instructus facilius procedit ad alterius decisionem, & non sequitur sententiæ contrariæ, ut possit contingere, si à diversis iudicibus causa terminarentur, & hoc denique modo paritur sumptibus litigantium. Quod si Judex de una cognoscens incompetens sit respectu alterius, tunc necesse est ut dividatur. *C. fin. de Judic. C. 3. de Ordine Cognit.* Quando reus potest conveniri coram duobus, vel pluribus iudicibus, qui respectu illius sunt competentes, ille, qui prævenit, sive verbaliter per citationem, sive realiter per capturam rei, cæteros excludit, & privative de causa cognoscit, etiam si post preventionem reus novum privilegium adquirat. *L. 19. ff. de Jurisd. L. 7. ff. de Judic.* nisi in ipso privilegio eximatur reus ab alterius jurisdictione, etiam lite contestata. *L. 12. ff. Si quis cautionib. Et ibid. Gothofr.* vel si Laicus fiat Clericus, & puniendus sit poena corporis afflictiva: quia secundum suam personam omnino exemptus est à Iudice Sæculari: hic tamen procedet, si solum poena pecuniaria, vel confiscatio bonorum imponenda sit. Ad jurisdictionem per preventionem acquirendam non sufficit inquisitio, vel accusatio, sed requiritur saltem una citatio (legitima quidem, quia si nulla est, nullum producit effectum) in causa civili facta ad instantiam partis: In criminali ex officio iudicis fieri valet. Debetque esse parti intimata, quia quousque intimitur, potius est mandatum de citando, quam citatio. Si post citationem reo intimatam ipse non comparuit, sed se contumaciter abscontavit, potest coram alio Iudice competente conveniri, nec est

remittendus, etiam si velit ad Iudicem contemptum: nisi velit purgare contumaciam, & solvere expensas, & damna. Si vero comparuit coram Iudice, qui illum citavit, ibi fit iudicium. *L. 30. ff. de Judic. Et potest opponere exceptionem præventionis, si forte citetur ab altero Iudice, & appellare, si contempta exceptione, alter procedat. Et cum cuilibet Iudici permittum sit suam jurisdictionem defendere adversus alium Iudicem, sive inferiorem, sive æqualem. *L. un. ff. Si quis jus dicent.* Si postquam reum prævenit citatione ipsi intimata, actor adeat alium Iudicem, potest sanè Iudex, qui prævenit alteri Iudici inhibere, ne procedat in causa, si uterque litigans velit post citationem factam alium Iudicem adire, possunt hoc facere quando civiliter, & ad interessè privatum agitur: siquidem solum ad petitionem partis debet Iudex suum officium mercenarium impartiri. *L. 4. §. 8. ff. de Damno infect.* Secus est, si criminaliter agatur, & Iudex, ex officio suo nobili procedat: imò Iudex, qui prævenit, potest invitit partibus remissionem rei ab altero Iudice petere: quod si renuat, contra ipsum ager interdictio retinenda; ut alter desistat ab ejus jurisdictione perturbanda.*

41. Aliquando accidit, quod Iudex, qui alias incompetens habebatur, possit de aliqua causa cognoscere ex eo, quod ejus jurisdicção prorogetur. Prorogatio enim est quedam jurisdictionis extensio ad personas, causas, tempus, vel locum, in quas, quando, & ubi alias non competeat. Quæ extensio, seu prorogatio debet esse facta consensu partium; & quidem libero, non per errorem, nec gravi metu extorto: & saltem tacito, consistente in ipso facto comparendi coram illo Iudice. *C. 40. de Offic. deleg. L. 32. tit. 2. p. 3.* ut alicujus possit prorogari jurisdicção debet ipse aliquam jurisdicçãoem habere: nam si nulla præcedat jurisdicção, nequit utique prorogari, nec extendi. *C. 40. de Offic. deleg. L. 14. ff. de Jurisd. l. 32. tit. 2. p. 3.* idèoque in arbitris nulla datur prorogatio, quia illi nullam habent jurisdictionem. *arg. L. 13. §. 5. ff. de His qui notant.* & litigantes, ut personæ privatæ nequeunt jurisdictionem dare. *C. 18. b. t. Et quidem jurisdicção, quæ præcedere debet, similis debet esse prorogata; v. g. si ad causam spirituales, vel criminales fiat prorogatio, debet Iudex instructus esse jurisdictione spirituali, vel criminali: *arg. L. 61. §. 1. ff.**

de Judic. Hinc jurisdicção iudicum Mercatorum, Hispani: del Consulado, non potest ad alias causas, quam comercij, & mercaturæ prorogari, nec super causa nobilitatis datur in nostra Hispania prorogatio. *Gonz. in C. 18. b. t. n. 5.* cum Iudices peculiares habeat, quos Hispani dicimus *Alcaldes de Hijodalgo.* De quibus agitur in *tit. 11. lib. 2. R. C. Et ibid. Aceved.* Quatuor igitur modis fieri potest prorogatio. 1. de persona ad personam: quando, scilicet, litigantes subjiciuntur Iudici non suo, ut de causa inter ipsos controversa cognoscat. *L. 1. l. 2. ff. de Judic. l. 18. ff. de Jurisdicção.* 2. de causa ad causam: si litigantes, scilicet, Iudici habenti jurisdictionem ad 100. se subjiciant, ut de majori quantitate cognoscat. *L. 74. §. 1. ff. de Judic.* Si Iudex sit delegatus non prorogatur persona, & causa ad personam, & causam non expressas. *c. 32. e. 40. de Offic. deleg.* de tempore ad tempus, & de loco ad locum potest utique jurisdictione delegata prorogari. *c. 4. de Offic. deleg. 3.* de tempore ad tempus fit prorogatio, quando tempus, intra quod causa erat terminanda, protrahitur, ut eo etiam elapso Iudex cognoscere valeat. *c. 4. de Offic. deleg. 4.* de loco ad locum, quando iudicium instituitur in loco remotiori, quam poterat ex jure, vel delegatione: quod si extenso fiat ad alienum territorium, ultra consensum partium, requiritur, consensus Iudicis illius loci, alias aliquomodo injuria tali Iudici inferretur. *arg. c. 2. e. 7. 9. q. 2. Sanc. de Matr. lib. 3. D. 19. n. 8.* Hæc generaliter procedunt: sunt tamen plures casus, & causæ in quibus non admittitur prorogatio. Hæc enim locum non habet in causa feudali, vel criminali, vel reservata Principi insignum supræmæ jurisdictionis. *c. 13. Qui filij sint legitimi.* vel in causa ab ipso Principe sibi met advocata, vel expressè, vel tacite manum in ea imponendo, nec in causa appellationis. Nec item Clerici, nec Religiosi, ne quidem juramento interveniente, nec etiam consentiente Episcopo, valent prorogare jurisdictionem Iudicis Laici. Siquidem ipse est incapax respectu illorum. *c. 12. b. t.* Imò, & Clerici sine sui Episcopi licentia nequeunt alterius Iudicis Ecclesiastici jurisdictionem prorogare. *C. 18. b. t.* ne quidem Archiepiscopi. *C. 1. eod. in 6. Laici bene possunt in causis profanis prorogare Iudicis Ecclesiastici jurisdictionem, quia licet sit incompetens respectu illorum, non tamen est incapax jurisdictionis temporalis. In*

nostra tamen Hispania non potest Laicus jurisdictionem Ecclesiasticam prorogare in causa merè profana, cum jus Regium resistat. *L. 10. l. 1. tit. 1. lib. 4. R. C. Gonz. in c. 18. b. t. n. 10. Escobar de Pontif. & Reg. jurisdicção. cap. 27. n. 7.* Et inde infert, quod Laicus potest prorogare jurisdictionem Regiam Cancellarij Salmantini, vel Rectoris Complutensis Academiae, non verò jurisdictionem Ecclesiasticam eorundem. Et hanc Legem Politicam sustinentem esse probatur; *arg. c. 13. de Judic.* Et confirmat omnium terè Nationum Catholicarum consuetudo, & praxis. Nec Laici possunt in causis spiritualibus prorogare alieni Iudicis, etiam Ecclesiastici jurisdictionem sine sui Ordinarij consensu, nec in causis annexis spiritualibus, nec etiam in his, quæ ad voluntariam jurisdictionem spectant. *c. 1. 9. q. 2. c. 3. de Paroch. Trid. sess. 23. de Ref. cap. 8. sess. 34. de Ref. cap. 1.* lic non possunt ab alieno Episcopo sine proprii licentia recipere Ordines, nec Parochiani sine consensu Parochi possunt coram alio matrimonium contrahere, & alia hujusmodi.

42. Omnes igitur, qui habent personam standi in iudicio, & specialiter non prohibentur, possunt alieni Iudicis prorogare jurisdictionem. Prohibentur tamen furiosi, servi, pupilli, sine Tutore, Minores, & Prodigij sine Curatore. *L. 5. ff. de Reg. jur.* Procuratores nisi habeant mandatum speciale, vel generale cum libertate. *c. 4. de Procurat. in 6. L. 60. ff. Mand. Clerici, & Religiosi exempti sine consensu Papæ, si ipsi immediate subjiciuntur, & conventus pertinent ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ nequeunt alterius Iudicis prorogare jurisdictionem contentiosam: cum hæc præcipue in honorem cedat Pontificis. *c. 5. de Arbitr.* Imò nec ceteri Religiosi, qui sunt exempti à jurisdictione Ordinarij, & gradatim per suos Superiores, Priores, scilicet, seu Rectores, Provinciales, & Generales subiecti sunt R. Pontifici, ut tenet *Salgad. de Supplicat. ad Sanctiss. p. 2. cap. 11. ex n. 15.* sed contraria sententia in praxi admittitur: ut infra dicemus. Nec ipsos posse prorogare jurisdictionem voluntariam Episcoporum, cujusmodi est absolutio à peccatis, & censuris, dispensatio in votis, juramentis, irregularitatibus jejunijs, & similibus, tenet *Suar. lib. 6. de Voto, cap. 11. n. 7.* contrarium tamen scilicet posse Religiosum exemptum ex Superioris licentia cedere privilegio, ac subijci Episcopo, ut ab eo absolvatnr, vel cum eo*

dispensetur, teneat plures cum *Sancb. in Decal. lib. 4. cap. 39. n. 32. arg. C. Luminoso. 6. 18. q. 2. ibi: Neq. audent ibi Cathedralam collocare Episcopus, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levisimam faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus. Si quidem cum exemptio sit introducta in favorem Religionum, possunt Religiosi de licentia Praelati Regularis, saltem tacita, imo, & sine illa, si forte eam irritationabiliter neget, Ordinarium Dioecesis adire, ne quod in eorum favorem est inductum, in eorum dispendium retorquatur, contra *Text. in C. 61. de Reg. jur. in 6. Et cum hac sententia Religiosis maxime faveat, & magna nitatur aequitate, securè potest ad praxim reduci: imò & quod Religiosi exempti possint prorogare jurisdictionem, etiam contentiosam Episcopi, tenent aliquid contra *Salgad. Et in praxi ita servari testatur Gonz. in C. 12. b. t. n. 8. quia cum talis exemptio principaliter in favorem Ordinum introducta. C. 6. 18. q. 2. possunt illi profecto renuntiare. C. 6. de Privileg. l. 29. C. de Pactis, maxime cum tunc non prorogent jurisdictionem Judicis non sui, sicut prorogarent, in Laicum consentiendo, quia Episcopus est Judex exemptorum, cessante privilegio. *Barhof. in C. 5. de Arbitr. n. 5. Hinc etiam Militares, Scholastici, & Familiares Sancti Officij, licet habeant Judices privativos, forumque privilegiatum, possunt suis privilegijs renuntiare, & prorogare jurisdictionem Judicum Ordinariorum, ad quorum jurisdictionem pertinerent, si non gauderent illo privilegio. *Gonz. in C. 12. b. t. n. 8. quod in nostra Hispania habet majorem vim ob *L. 7. tit. 31. p. 2. ubi de Scholasticis loquendo dicitur: E non los deben demandar, nin traer à juicio delante otro Alcalde, sin su placer dellos. Denique hic notari debet, quod Judices, tam Ecclesiastici, quam Seculares debent taliter se gerere, ut non deturpent, nec dehonestant suam dignitatem, & jurisdictionem; se alijs Judicibus submittendo, quando non debent, ut deducitur ex *L. 19. ff. de Offic. Praesid. l. 49. tit. 5. p. 1. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 17. & praecipue constat ex *L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C. ibi: T damos licencia, y facultad, y mandamos à las nuestras Justicias, y à qualesquier nuestros subditos, y naturales, que no consentan, ni den lugar à los dichos Fiscales, y Executores, que bagan lo susodicho; antes, si fuere menester, que lo resistan. Et ideo illustr. *Villanov. de Regim. Eccl. s. p. 2. q. 12.**********

n. 3. & 4. ff. ait: debere Praelatos credere se obsequium Deo prestare, quando suam defendunt auctoritatem.

TIT. III.

De Libelli oblatione.

43 **L**ibellus, sic dictus quasi *parvus liber*, aliquando pro *scriptura instrumentali* accipitur: unde, quia in emphytheusi scriptura requiritur contractus *libellarius* dicitur. Aliquando pro *sebedula* alicujus rei intimatoria sumitur. *L. 43. §. 8. ff. de Fortis*: plerumque libelli pro *precibus* accipiuntur. *L. 15. ff. de in jus vocand. Libellus famosus* dicitur quaecumque scriptura ad alicujus infamiam facta. *L. 5. §. 9. ff. de Injur. & famos. libell. sed his accceptionibus omittis in praesenti. Libellus est brevis scriptura claram actoris petitionem, & causam illius continens. *L. 40. tit. 2. p. 3. l. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. Gonz. in C. 4. b. t. n. 5. & com. DD. debetque constare, ut rectè dispositus, & efficax sit, narratione facti, medio concludendi, seu causa petendi, & conclusionem: quia ex facto, & jure concluditur sententia, quasi fiat quidam syllogismus sic. 1. in Causa Criminali: Titius occidit gladio: sed juxta Legem qui gladio occidit debet gladio perire: hoc ergo peto, 2. in Causa Civili: Titius emit meum equum centum aureis, & ego illum ipsi tradidi: sed juxta Legem emptor teneturolvere venditori pretium rei emptae, & tradita: hoc ergo peto. Et quidem libellus debet offerri, & praesentari in Judicij plenarijs, & ordinarijs; omittitur tamen in sumarijs, *Cl. 2. de Verb. signif. in notorijs C. 9. de Accusat. & alijs hujusmodi. Libellus in Causa Civili dicitur Conventionalis, in Causa Criminali querela, vel accusatio dicitur: regulariter debet in scriptis offerri. 1. ut sic melius Judex instruatur circa causam, vel negotium, pronuntietque sententiam conformem libelli conclusioni: quae quidem conclusio est ipsa petitio actoris, qua suggerit Judici, quid, quale, & quantum ipsi est tribuendum: & censetur pars principalis libelli. Debet ergo sententia esse conformis libello, quoad rem petitam, quoad causam, ex qua petitur, & quoad actionem, quam libellus continet. De Jure Hispano libellus sine conclusionem sustinetur, dum tamen constet quid actor, vel accusator petat. *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 1. temp. 4. n. 14. 2. debet****

in scriptis offerri, ut reus melius deliberet, an cedere, vel contendere debeat, & si contendere parat, veniat instructus ad iudicium; cognita, & perfecta actione, qua convenitur. *L. 1. ff. de Edendo. 3. ut actor possit ex facto in libello clarè proposito suos deducere articulos. *L. 40. tit. 2. p. 3. Et licet olim de Jure Hispano in causis alicujus momenti debebat in scriptis offerri libellus. *L. 41. tit. 2. p. 3. Hodie tamen hoc non est necessarium: imo, & si ab adversario petatur, libellum in scriptis offerri, erit in arbitrio Judicis praecipere, ut in scriptis offeratur, vel non. *L. 10. tit. 17. lib. 4. R. C. Nam sufficit, quod in actis constet petitio: at vero in Cancellarijs Regijs, & Supremis Tribunalibus debet in scriptis praesentari libellus: ut ex *L. 1. tit. 2. lib. 4. R. C. probat Paz in Prax. t. 1. p. 1. temp. 3. n. 4. quin & debet ab Advocato subscribi. *L. 4. tit. 16. lib. 3. R. C.******

44 Libellus debet esse brevis, solumque necessaria, & utilia, non superflua continere. *L. fin. §. 1. C. de Appellat. ibi: Sed hoc sola eis inscribere, qua compendiosa narratione causae provocacionis possunt explanare. Nam ut lepide ait Martial. *lib. 2. Epigram. Ium aliquens librum: Tercenta quidem poterat epigrammata ferre. Sed quis te servet, perlegeretque liber? At nunc succini, qua sunt bona disse libelli. Hoc primum est, brevior, quod mihi carta perit. Deinde, quod hac una peraget librarius hora nec tantum nugis serviet ille meis. Tertia res haec est, quod sius forte legeris sit licet usque malus, non odiosus eris. Debet itidem libellus claram actoris petitionem continere: ac proinde debet in eo poni. 1. nomen Judicis, cui offeritur, licet non proprium ipsius nomen, saltem officij, ut sciatur, an sit competens, vel non. 2. nomen actoris, & si hic nomine alieno agit, etiam nomen principalis actoris apponi debet. 3. nomen rei, contra quem agitur. 4. narratio facti cum necessarijs circumstantijs dicendo quid, quale, & quantum debeatur, vel petatur; v. g. si petatur servus, debet explicari nomen, aetas, & officium: si animal, genus, sexus, & color: in rebus, quae pondere, numero, vel mensura constant, quantitas exprimi debet. Et sic de alijs. In his versiculis comprehendit *Gloss. in C. 1. b. t. quae debent in libello contineri.***

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo.

Rescè compositus, quisque libellus habet.

Quae omnia habentur in *L. 40. tit. 2. p. 3. ibi: Libellus en latin tanto quien decir, como demanda fecha por escrito. B esta es una de las dos maneras por que se puede hacer. E la otra es por palabra. Pero la mas cierta es la que por escrito se hace, porque non se puede cambiar, nin negar como la otra. Mas en qualquiera demanda para ser fecha derechamente, deben, y se catadas cinco cosas: la primera, el nome de el juez, ante quien debe ser fecha: la segunda, el nome del que la hace: la tercera, el de aquel contra quien la quieren hacer: la quarta, la cosa, & la quantia, & el fecho, que demanda: la quinta, por que raxon la pide. Ca seyendo todas estas cosas puestas en la demanda, cierto puede el demandado saber por ellas, en que manera debe responder. E otroso, el demandador sabrà mas ciertamente, que es lo que ha de probar. E sobre todo tomara aprecheamiento el juez para ir adelante por el pleyto derechamente. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. ubi additur, quod in criminali libello, praeter dicta, apponendus est delicti locus: imò, si reus petat; dies, & hora, ut possit probare negativam. Hispani: la coartada. *L. 3. ff. de Accusat. junct. Gloss. Gotbifr. num. 38. Ful. Clar. lib. 5. Sent. §. ult. q. 12. n. 13. Gonz. in C. 1. b. t. n. 5.***

45 Ita tamen debent in libello factum narrari, & actio proponi. 1. ut non detur contradictio. *C. 54. de Appellation. 2. nec obscuritas; arg. C. 2. D. 4. 3. nec incertitudo. Nam si incertitudinem contineat, non poterit esse sententia certa: & potest à Judice, praecipue in nostra Hispania, etiam parte non petente, repelli talis libellus. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. verba tamen obscura ita debent accipi, ut libellus potius subsistat, quam corrumpat. *L. 12. ff. de Rebus dub. & sunt per libellariem explicanda. 4. est vitanda generalitas: & haec in criminalibus vitari libellum. *L. 3. ff. de Accusat. in civilibus tamen debet contra hujusmodi generalitatem exceptio opponi. Attamen libellus generalis admittitur in actione tutela, vel alia actione generali, in petitione fructuum, vel damorum, vel hereditatis, & similibus. *L. fin. tit. 2. lib. 4. R. C. 5. non debet apponi petitio alternativa. *L. 7. §. 1. ff. de Injurijs: quia non posset proferri sententia certa, qualis debet à Judice pronuntari. At vero aliquando admittitur libellus alternativus, quando, scilicet, incertitudo provenit ex facto alieno proferent adversarij. *L. 1. §. 4. ff. Quod Legator; vel in actione hypothecaria: quando*******